

1971

C O D I C E S

1972

Wolfg. Widman *Cof. Lips.* ad *Lutherum*. Petit certior fieri, an *Epistola n. 10.* allata reapse illius sit. Init: *Es wird ain Copey aines brieues in Eurem namen &c.* Die *Veneris post Georgii.* 1533. 14.) *Lutheri* Responsum. Jubetur *Consul* prius edicere, quis ad scribendum instigaverit, num *der pfarrer zu Coln, oder der Meuchler zu Dresden, oder aber nur Junkber Herzog Georg.* Init: *Ersamer Meister guetter fraindt, ich hab eur schrift empfangen &c.* 15.) Ejusdem ad *Cof. et Judicem* in *Frauenstain*. Quid agendum iis, qui ad *Communione* sub una specie adiguntur. Init: *Ich hab vernubmen euer anligen &c.* Has *Epistolas* maximam partem impressas haberi, nullus dubito.

XIX. fol. 741. *Theophilus* et *Echo*. *Dialogus* geminus illi, quem *Cod. CCCCLXXXIII. Pbilalethis* et *Genii* diximus. *Concilii Tridentini* irrifio hoc ingressu: *Promptane eris Echo ad respondendum si quid interrogavero? Echo. Ero &c.*

DIV.

928 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 162. 4. quorum tamen non pauca vacua, compilatus est e variis *Protestantium* *Epistolis*, aliisque ad *Sacra* pertinentibus *Scriptis* hac serie. I. *Epistola Vitebergensis* cujusdam ad *amicum* scripta. Initium: *Quod Gregorius de Synodis sui temporis* scribit, nullius unquam finem

vidisse bonum, quod φιλονεικαι et φιλαρχικαι *Theologorum* verum eos cernere aut dicere non sinerent, idem multo ante de colloquio *Altenburgensi* praediximus &c. *Habitu* est *Colloquium* istud inter *Theologos* *Electores* et *Ducalibus* ab *Osob.* 1568. ad *Mart.* 1569. nullo fructu, *Electoralibus* crimen hallucinationis circa *Justificationem*, liberum *Arbitrium* &c. a se depellentibus.

II. fol. 5. *Epistola D. Cythraei* ad *Beatum* ex *Austria* scripta. Notum est, evocatum fuisse *Rostochio Dav. Chytraeum* ad ordinandos *Protestantium* in *Austria* *Coetus*. Interea *Job. Beatus* five *Saliger, Seliger* a *Lubecensibus* a. 1568. dimissus et a *Rostochiensibus* receptus in *Ministerium* opinionibus suis maxime circa *S. Caenam* turbas instaurabat. Hinc *Monitoriae* praesentes, datae, ut in *Collectione Epistolarum Chytraei Hanoviae.* 1614. p. 670. video, *Viennae Austriae,* 18. April. 1569. Quod *Editor Chytraei* *Filius* *Patri* ὁμωνυμος e calce refecandum duxit, e *Codice* subpleo: *Neque verum esse credo, quod ab omni pietate et humanitate alienum est, te amicorum literas et sermones priuatos et familiares ad alios efferre, et in publico iudicio dielare, tametsi inter cetera quoque ad me perscriptum est. Nec tamen impedio, quo minus hanc Epistolam, qui volet, legat.*

III. fol. 13. *Epistola D. Lucae* (*Backmeister*) ad *M. Joannem Vorstium.* *Clarissimo* et *venerando*

1973

P O L E M I C I.

1974

nerando Viro — *Ecclesiae Itzeboensis et vicinarum in Holsatia Praeposito &c.* Initium: *Literae tuae mihi 17. Martij redditae sunt, ad quas, si citius allatae fuissent, maturius respondissem &c.* Subscriptum: *Rostochij 23. Martij. Anno 69. L. B.* Narratur hic tota *Rostochiensium* cum supra dicto *Beato* seu *Saligero* Controversia, qui, quod ex vi verborum Consecrationis jam ante usum verum Christi corpus in Sacramento existere doceret, tandem 16. *Octobr.* h. a. loco migrare iussus est. Plurima ad cognoscendam hanc Controversiam subpeditat quidem *Job. Mollerus Cimbriae lit. T. II. p. 46. et 58.* Epistolae tamen nostrae notitiam, ut videtur, nullam habuit.

IV. fol. 21. *Epistola totius ministerij Rostochiensis ad Lubecense de D. Luca scripta.* Male audire coeperat *Lubecae Backmeisterus*, quasi is quoque sit eorum numero, qui sub praetextu *Augustanae Confessionis* errores alunt et defendunt, et praesertim, quod magna arte tegere sciat virus *falsae doctrinae Sacramentorum, de praesentia Christi in caena.* Itaque *Συμύουσαι* hisce literis eum purgant, quarum initium: *Immensum et inenarrabile dei beneficium est &c.* Datae sunt 15. *Calend. Aug. Anno 1566.* et a *Mollero* non memorantur.

V. fol. 23. absque inscriptione *Literae Ministerii Hamburgensis* responsoriae, ad *Rostochienses* datae, e quibus adparet, *Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

hos eadem formula *Hamburgi* causam *Backmeisteri* egisse, qua *Lubecae.* Inter alia graviter: *D. Back. paucissimis inter nos notus est, aliqui semel atque iterum tantum cum illo collocuti sunt, nonnullis, et quidem maiori parti ne nomen quidem illius auditum et notum fuit; qui fieret, ut nos de illo calumnias spargeremus, aut sparsis temere fidem haberemus?* Non tamen dissimulant, aliquibus suorum auditum: *D. Lucam satis fuisse clementem et faventem Adiaphoristis, nec magnopere ferventi zelo ad contradicendum illis exarsisse.* Ineunt *Literae: Accepimus literas vestras, quibus grauiissimam querelam ad nos defertis &c.* Datae: *Hamburgi calendis Augusti Anno 1566.* Itaque biennio ante turbas *Job. Beati.* Nihil de illis *Mollerus.*

VI. fol. 29. usque ad finem *Adversaria* de variis Controversiis religiosi temere congesta, maxime de *Conatu Lubecensium, Hamburgensium, Luneburgensium et Brunsvicensium* initio anni 1557. transigendi inter *Phil. Melanchthonem* et *M. Flacium*, videlicet *Articuli Philippo* propositi cum ejus *Responsis*, ut extant in *Epistolis Studiosor. Witteberg.*

DV.

Codex chartaceus lat. Sec. 638
XVI. Folior. 61. 4. continet tacito Autoris nomine Satiram admodum scurrilem inscriptam *Bal-
C c c neum*